Praeterea in auxilium vocavi stellarum δ Cassiopeiae et ϵ Ursae majoris AR medias, quales infra constitui, quae mihi fundamentales essent pro illis anni 1815 diebus, quibus nulla stella observata est ex quatuor supra constitutis, inde a die 14 Aprilis ad 9num Maji. Sunt hae AR med. 1815:

V. δ Cassiopeiae	1 h. 13' 48",30 — 0,4 ν + 1,6 α ex 18 obs.
VI. ϵ Ursae. maj.	12 h. 45' 51,28 — 0,3 ν — 2,0 α ex 27 obs.

Ad omnes reductiones constantes aberrationis et nutationis adhibui secundum cel. Zach 20",255 et 9",65. Magni emolumenti mihi erant tabulae spe-

ciales cel. Cagnoli, in earum stellarum observationibus reducendis, quarum declinatio $< 75^\circ$ est. Cum vero in his tabulis, constans nutationis $9''00$ suppositus: omnes effectus nutationis ex his deducti ratione $9,00 : 9,65$, quae proxime $= 14 : 15$, augendi erant, ut in omnibus stellis eadem reductionis valeant elementa. Praeterea, ne errores, si qui fortasse in his tabulis laterent, nocerent, contuli cum novissimis tabulis aberr. et nut. cel. Zach, quae pro 1400 stellis angulos constantes et maxima continent. Qua occasione nonnulli apparuerunt errores in his utriusque astronomi tabulis. Pro reliquis fere omnibus stellis ipsos angulos constantes et maxima tabularum auxiliarium opera, quas supplemento dedit cel. de Zach, calculo summa cum cura peracto, inveni. Qua occasione iterum pauci apparuerunt in tabulis supra laudatis specialibus errores, *)

Duo sunt, quae majus pretium observationibus anni 1815 tribuant, quam anni 1814, cum in observationibus instituendis me exercitiorum fuisse, tum horologium Huberti longe anteferendum fuisse alteri Brokbanksi, quod anno 1814 in usum habueram. Etenim anno 1814 non per 24 horas motum horologii regularem supponere licebat. Adeo una nocte 21 Martii tam irregularis erat, ut obser-

*) In tabulis cel. Cagnoli hos errores detexi:

p. 133. 42. grande Ourse. Maximum aberrationis in AR ibi est $39''6$; corrigendum in $38''0$ et similiter, omnibus aberrationis effectibus $\frac{1}{5}$ demendum.

p. 135. α grande Ourse. Maximum in tabulis aberrationis est $42,0$ loco $41,0$; et eadem ratione omnes aberrationis numeri minuendi.

p. 137. 1. λ Dragon. Maximum nutationis in tabulis $30,0$ loco $30,9$. — Pro loco Solis is 23° nutatio nulla esse deberet, sed ex tabulis est $- 1''1$.

p. 163. 21. ι Bouvier. Maximum nutationis in tabulis $15''4$ loco $14''6$.

p. 173. 11 petite Ourse in tabula aberrationis in AR pro loco Solis IV. 20 est $3''5$; legatur $2''0$.

In tabulis cel. de Zach specialibus haec inveni corrigenda.

p. 1. 23. δ Urs. min. nut. in AR	pro	($11^s 10^0 29'$	lege	$11^s 15^0 55'$	
		2,0982	—	2,0215	
p. 4. 23. β Drac. nut. in AR	pro	0,9770	—	0,8770	
p. 5. 63. ϵ Drac. nut. in AR	pro	($7^s 7^0 48'$	—	$9^s 3^0 55'$	
		1,2747	—	1,0795	
p. 5. 67. ρ Drac. aber. in AR	—	{	1,4408	—	1,7119
nut. in AR	—	{	$8^s 1^0 43'$	—	$8^s 21^0 44'$
			1,0730	—	1,0738
p. 13. 130. r Hon. Fr. nut. in AR	—	($7^s 18^0 25'$	—	$7^s 6^0 12'$	
			1,1920	—	1,2958
p. 16. 1. o Urs. maj. nut. in AR	—	($5^s 0^0 58'$	—	$5^s 10^0 24'$	
			1,3020	—	1,4649

vationes post culminationem Procyonis institutas rejiciendas prorsus duxi. Scilicet hac via motum horologii per anni 1814 observationes cognituro res bene mihi successit. Supponebam AR medias stellarum 36 fundamentalium, quales ex Piazzii catalogo ad annum 1805 (nam novissimus catalogus non aderat) et catalogo Maskelini in tabulis cel. de Zach majoribus combinatis sequebantur, et per totum observationum cujusvis diei spatium omnes stellas fundamentales, quot poteram, observatas, cum AR conferebam; unde motum horologii deducerem. Exemplum offerunt observationes 1 Aprilis 1814,

	Intervallum.	Motus horologii	
		pro intervallo	ad 6 horas
Ex α Cygni et α Hydrae	12 h. 43',4	— 27",30	— 12",87
. Spica	16 h. 40'	35,82	12,90
. α Cygni	24 h.	51,23	12,81
α Hydrae et α Cygni	11 h. 16',2	23,93	12,80
Spica et α Cygni	7 h. 19',4	15,41	12,62
Arcturo et α Cygni	6 h. 28'	13,83	12,82
(s) α Cygni et α Capella	8 h. 27',6	18,08	12,80
			Sumto medio — 12,80

Quo motu supposito — 12",80 in 6 horis, omnes hujus diei observationes reducebantur. Et agitur semper tantum, ut ad 6 horas motus horologii cognitus sit. Si enim stellae Capella, α Lyrae et α Cygni omnes observantur, nulla stella ab una alterave ultra 6 horas distat, quicum conferri possit.

Ut vero judicium possem ferre, quatenus incertitudines ex horologii motu pro anno 1814 evanescerent, atque quatenus etiam de ipsius instrumenti situ certus fuisset, contuli ascensiones medias, quales ex utriusque anni observationibus ad annum 1815 reductae sunt. Ex stellis minoris declinationis de effectu horologii, et ex stellis polo proximis de situ instrumenti judicium est. Omnes exhibentur jam stellae utroque anno ad minimum ter observatae.

Nomen Stellae.	Declinat.		AR media ad init. 1815.				Differentia		
			Ex observ. 1815.	Num. obs.	Ex obs. 1814.	Num. obs.	in temp.	in arcu pro loco stellae.	
α Cassiopeiae	55°	31'	0 h. 30'	4,30	20	. . . 4,16	4	— 0,14	— 1,3
Polaris . . .	88	19		55 49,12	30	. . . 49,18	21	+ 1,06	+ 0,5
θ Cassiopeiae .	54	9		59 54,31	6	. . . 54,33	7	+ 0,02	+ 0,2
δ Cassiopeiae .	59	16	1 h. 13	48,28	15	. . . 48,29	3	+ 0,01	+ 0,1
10 Camelop. .	60	9	4 h. 47	0,26	9	. . . 0,19	12	— 0,07	— 0,5
Camelop. 62 .	78	59		52 18,64	14	. . . 18,66	9	+ 0,02	+ 0,1
Camelop. 66 .	62	27		56 20,80	3	. . . 20,97	3	+ 0,17	+ 1,2
Camelop. 74 .	74	54	5 h. 15	3,64	7	. . . 3,71	6	+ 0,07	+ 0,3
α Ursae maj. .	62	45	10 h. 52	12,76	6	. . . 12,70	4	— 0,06	— 0,4
Ursae min. 5 .	87	28	12 h. 11	20,30	10	. . . 18,54	7	— 0,76	— 1,2
Ursae min. 6 .	88	43		14 43,4	13	. . . 42,3	6	— 1,1	— 0,4
ε Ursae maj. .	56	58		45 51,27	21	. . . 51,20	6	— 0,07	— 0,6
Camelop. 212 .	84	25		47 56,52	4	. . . 56,33	7	— 0,19	— 0,3
ζ Ursae maj. .	55	54	13 h. 16	27,12	16	. . . 27,04	12	— 0,08	— 0,7
η Ursae maj. .	50	15		40 14,18	6	. . . 13,99	5	— 0,19	— 1,8
α Draconis .	65	16		59 22,82	8	. . . 22,81	6	— 0,01	— 0,1
4 Ursae min. .	78	25	14 h. 9	44,95	12	. . . 44,79	3	— 0,16	— 0,5
β Ursae min. .	74	55		51 21,82	32	. . . 21,80	14	— 0,02	— 0,1
γ Ursae min. .	72	30	15 h. 21	6,40	12	. . . 6,20	7	— 0,20	— 0,9
θ Ursae min. .	77	58		37 8,09	15	. . . 8,03	4	— 0,06	— 0,2
ζ Ursae min. .	78	22		50 54,21	14	. . . 54,12	6	— 0,09	— 0,3
χ Ursae min. .	76	20	16 h. 16	14,40	9	. . . 14,36	4	— 0,24	— 0,9
ε Ursae min. .	82	19	17 h. 5	18,63	25	. . . 18,43	13	— 0,20	— 0,4
β Draconis .	52	27		26 15,28	16	. . . 15,25	8	— 0,03	— 0,3
ω Draconis .	68	50		38 2,40	11	. . . 2,21	3	— 0,19	— 1,0
ξ Draconis .	56	54		50 19,76	13	. . . 19,76	4	0	0
γ Draconis .	51	31		52 18,71	14	. . . 18,69	8	— 0,02	— 0,2
41 Draconis .	79	58	18 h. 13	56,97	9	. . . 56,72	7	— 0,25	— 0,7
δ Ursae min. .	86	35		31 53,37	24	. . . 53,22	17	— 0,15	— 0,1
50 Draconis .	75	12		52 16,21	3	. . . 16,26	3	+ 0,05	+ 0,2
δ Draconis .	67	12	19 h. 12	28,66	4	. . . 28,77	4	+ 0,11	+ 0,6
76 Draconis .	81	50	20 h. 55	17,68	4	. . . 17,38	3	— 0,30	— 0,6
α Cephei . .	61	48	21 h. 14	9,04	7	. . . 9,01	10	— 0,03	— 0,2
β Cephei . .	69	45		26 13,39	6	. . . 13,50	9	+ 0,11	+ 0,6
Cephei 122 .	79	43		29 54,74	3	. . . 54,87	4	+ 0,13	+ 0,3
γ Cephei . .	76	35	23 h. 31	50,22	7	. . . 50,56	4	+ 0,34	+ 1,2

Ex 36 stellis in 31 differentia tantum est in partibus minutae secundae, pro 4 stellis inter $1''$ et $1'',3$ semel $1'',8$ in arcu pro loco stellae. Media differentia ex omnibus nullo habito signorum respectu est $0'',53$ in arcu pro loco stellae.

Omnes stellarum reductiones duobus continentur catalogis. Prior continet omnes stellas anno 1815 observatas ad initium anni reductas, quae sunt praesertim a 75° declinationis ad polum; nonnullae vero etiam sunt minoris declinationis. Ut vero omnes earumdem stellarum observationes uno intuitu adspici possent, observationes de ipsis anno 1814 institutas ad eandem epocham reductas in hunc catalogum recepi, nec non per paucas stellas a 75° ad 90° , quae solo anno 1814 observabantur, ut prior catalogus omnium stellarum in hac Zona a me observatarum AR contineret. Ex utriusque anni observationibus medium separatim sumtum. Quod si haec media sunt M' pro anno 1814 et M'' pro anno 1815, atque M ab n' , M'' vero ab n'' observationibus pendet, ad AR in Fine constituendam, iterum medium M cepi ex formula

$$M = \frac{n' M' + 2 n'' M''}{n' + 2 n''}$$

quae observationibus anni 1815 duplex pretium tribuit. Apposui mediis formulas correctionis pro variatione aliqua in constantibus nutationis et aberrationis ν et α . Si loco $9'',65$ et $20'',255$ constantes sunt $9'',65 + m''$ et $20'',255 + n''$: est $\nu = + \frac{m}{9'',65}$ et $\alpha = + \frac{n}{20'',255}$.

Catalogus secundus stellas solum anno 1814 observatas a 45° ad 75° declinationis continet, ascensionibus rectis mediis ad initium anni 1814 reductis correctionem pro variatione constantis nutationis apposui.

Quod si tales de stellarum circumpolarium AR observationes eodem instrumento continuentur per 19 annorum spatium, nullum dubium est, quin quantitatem constantis nutationis summa, qua fieri potest, praecisione praebere valeant.

Est utique in ardentissimis meis votis, ut mihi contingat, si bonus Deus vires et animi et corporis mihi tuetatur, per egregium illud instrumentum continuas stellarum circumpolarium observationes instituere per longam annorum seriem, praecipue si instrumentum accedat, ad declinationes constituendas similis praestantiae, ut observationes liceat instituere omni relatione perfectas. Quod

vero ad aberrationes constantem attinet unius anni continuas observationes sufficiunt ad eam constituendam. Sed utroque anno meae observationes ne quatuor quidem menses amplectuntur. Attamen id ex ipsis deduci potest, si qua est constantis aberrationis correctio, eam positivam, non negativam esse.

Elegi earum anni 1815 stellarum observationes, in quas aberrationis effectus et positivus et negativus est, unde aberrationis constantem ita deduxi:

ex obs. β Urs min.	20,62	pretium 2
— β Urs. min. et α Pers. utrim-			
quae a polo conjunctis	20,41	— 1
— Cephei 323 et Camel. 223	20,72	— 1
— ϵ Ursae min.	19,89	— 1
— δ Ursae min.	21,10	— 1 1/2
Sumto medio habito respectu pretii		20,60	

Non majorem esse harmoniam in his determinationibus et certitudinem aberrationis inventae, id non imperfectis observationibus tribuendum, sed eo, quod ne trium quidem mensium spatium inter extremas observationes interest. Nam intersunt inter observationes β Urs. min. tantum 84 dies, Cephei 323 et Cam. 223 dies 80, ϵ Urs. min. dies 70, et δ Urs. min. 61 dies.

In nonnullarum stellarum parallaxes ex AR cognoscendis inquisivi, non solum primae et secundae magnitudinis sed etiam minorum. In reductionibus ipsis cujusvis harum stellarum accuratius expositum, qua via parallaxin cognoscere conatus sim. Jam solos fines apponam, quales ex observationibus sequuntur.

1) Summa parallaxium absolutarum α Cassiopeiae et ϵ Ursae majoris evadit negativa — 1",18, id quod parallaxium naturae contrarium.

2) Ursae minoris 1 (AR o h. 38'. 8vae magnit.) parallaxis absoluta + 0",1.

3) Stellae polaris parallaxis absoluta — 0",32.

4) Summa parallaxium absolutarum δ Cassiopeiae et ϵ Ursae maj. + 0",38; aliis adhibitis observationibus + 0",72,

5) Ursae minoris 5 (AR = 12 h. 11 6tae magnitudinis) parallaxis absoluta + 0",28, alio calculo + 0",52.

6) Ursae minoris 6 (AR = 12 h. 14', 6tae magnit.) parallaxis absoluta negativa — 0'',29.

7) Comelopardali 212 duplicis (AR = 12 h. 47') parallaxis absoluta — 0'',60.

Id mihi ex his videtur posse certo deduci, nullam ex his 8 stellis parallaxin absolutam habere, quae = 1'' in arcu. Sed, si quae sunt, < 1'' eas esse, et in plurimis < 0'',5.

Inter omnia quae in coelo stellato conspiciuntur, stellae duplices ex iis sunt, quarum cognitio et telescopiorum inventioni debetur, et postremo tantum seculo opera nonnullorum astronomorum, praecipue immortalis Herscheli, aliquem perfectionis gradum attigit. Sed magnus est campus observationibus, et multae etiam in coelo sunt stellae duplices hucusque incognitae, tum aliae, quae quidem cognitae, sed de quarum relatione nullae accuratiores sint observationes; et in multarum et distantis et relativis positionibus variationes esse verisimile est, quae vero plurimae astronomos fugere. — Inter observationes tubo culminatorio institutas plures occurrunt stellarum duplicium, quarum differentias in ascensionibus rectis repetitis observationibus quam accuratissime determinare conatus sum; differentiasque declinationis cum differentiis in AR ex taxatione conferre licebat, quae taxationes in adnotationibus ad observationes exhibentur. Ut vero etiam angulum positionis lineae stellam et comitem jungentis cum circulo parallelo accurater cognoscerem, methodum amplectus sum, qua jam prius usus fueram, inquirens in angulos positionis stellarum nonnullarum egregie duplicium ex catalogo Herscheli (Ephem. Berol. 1786). Tubum Troughthoni illo quinque pedum ad has observationes adhibui. Scilicet dirigens instrumentum in stellam duplicem, ita ut stellae per tubum conspectae projectio quam proxime cum stella ipsa in coelo oculo nudo visa conveniret, stellam et comitem linea junctas, eamque in coelum projectam cogitavi; quae continuata seu in aliquam stellam visibilem directa erat, seu lineam stellas duas aliquas jungentem ita secabat, ut partium dissectarum ratio facili negotio taxari posset, seu ita prope stellam aliquam transibat, ut perpendiculari a stella hac in lineam demissi ratio ad lineam ipsam taxari posset, seu denique lineae alias stellas duas jungenti parallela conspiciebatur. Et experientia me do-

cuit, hanc esse methodum, quae, si qua est in re exercitatio post aliquod tempus accepta, angulos positionis non minus certo praeberet, quam quivis apparatus compositus, quippe quae ex sola oculi acie et tubi vi optica penderet. Exempli gratia observationes de angulo positionis stellae ζ Ursae majoris apponam:

1813. 23 Oct. Linea directrix prope η Urs. maj. transit ad Austrum, ita ut perpendicularum = $\frac{1}{16}$ lineae a ζ ad η ; unde angulus positionis $59^{\circ},3$.

1813. 26 Oct. Comes versus η Urs. maj. Linea directrix parallela lineae, quae η jungit cum puncto p, quod est in linea, quae ζ cum G, Alcore, jungit, continuata, ita ut $\zeta p = \frac{3}{2} \zeta G$. Hinc angulus positionis $58^{\circ},0$.

1816. 24 Dec. $\zeta p = 2. \zeta G$. Hinc angulus positionis $58^{\circ},9$.

Positiones relativas stellarum duplicium his auxiliis constitutas cum positionibus cel. Herscheli contuli, quas ex catalogo Ephem. Berolinensibus anni 1786 inserto capere licebat. (Maxime doleo non etiam posteriores stellarum duplicium catalogos a cel. Herschel editos ad manus fuisse, qui non in Ephem. Berol. recepti sunt. Audeo hic votum pronunciare, ut, si cel. Bode, cujus tanta sunt merita de rerum astronomicarum promulgatione, fortassis etiam quintum librum supplementarium in Ephemerides dabit, tum in ipsum hos reliquos cel. Herscheli de stellis duplicibus catalogos recipiat. Omnium enim astronomorum manibus versantur hae Ephemerides. Sed perpauci tantum societatis Londinensis philosophicas transactiones pervolvere possunt.) In aliis nonnullis stellis duplicibus etiam positiones secundum cel. Piazzii et Historiam coelestem Fr. contuli. 32 stellae duplices in duobus reductionum catalogis continentur, ex quibus 10 novae, hucusque duplices non observatae. Quid de ipsis observatum, in ipsis catalogis inspiciendum. Hic eas tantum enumerabimus, et AR apponemus, quo facilius in catalogis inspici possint.

In Catalogo I.	AR	In Catalogo II.	AR
1. Anonyma	0 h. 24' nova	1. η Cassiopeiae	0 h. 37'
2. α Cassiopeiae	0 h. 30'	2. ι Cassiopeiae 157	2 h. 13' nova
3. Polaris	0 h. 55'	3. η Persei	2 h. 37'
4. 10 Camelop.	4 h. 47'	4. Anonyma	4 h. 7' nova
5. Camelop. 62	4 h. 52' nova	5. 11 Camelop.	4 h. 50' nova
6. Camelop. 201	11 h. 16' nova	6. 19 Lyncis	7 h. 7'

7. Anonyma	12 h. 8' nova	7. α Geminorum	7 h. 22'
8. Camelop. 212	12 h. 47'	8. ι Bootis	14 h. 9'
9. ζ Ursae maj.	13 h. 16'	9. 16 et 17 Draconis	
10. 1π Urs. min. 53	15 h. 40' nova	triplex	16 h. 31'
11. ν Draconis	17 h. 28'	10. 39 Draconis	18 h. 21'
12. ψ Draconis	17 h. 45'	11. \circ Draconis	18 h. 48'
13. 41 Draconis	18 h. 13'	12. ψ Cygni	19 h. 50'
14. \times Cephei	20 h. 14'	13. Cygni 123	19 h. 54' nova
15. 61 Cygni	20 h. 58'	14. Cephei 37	20 h. 21' nova!
16. β Cephei	21 h. 26'	15. δ Cephei	22 h. 22'.
17. Cephei 180	22 h. 4' nova		

Ex his stellis duplicibus plures sunt, quarum relativa positio aut certo mutata est, aut leviter mutatam esse suspicamur. Sunt hae:

ex Catalogo I.
 α Cassiopeiae
Polaris
Camelop. 212
 ν Draconis

ex Catalogo II.
 η Cassiopeiae
19 Lyncis
 α Geminorum
16 et 17 Draconis
39 Draconis
 \circ Draconis
 ψ Cygni.

Aliae sunt, quarum positio relativa quam proxime eadem est, qualem ante hos 35 annos cel. Herschel invenerat:

ζ Ursae majoris
41 Draconis
 \times Cephei
 β Cephei.

17 Draconis
 δ Cephei

Cel. Besseli et fratris, Gymnasii Regiomontani directoris, benevolentiae excerptas debeo ex novissimo catalogo cel. Piazzii stellarum positiones inde a 75° ad 90° declinationis, nec non reliquarum insignium minoris declinationis, quarum reductiones in primo catalogo meo continentur. Juvat harum stellarum AR, quales inveni, cum cel. astronomi Siculi positionibus conferre. Sed ex 215 stellis, quas prior catalogorum meorum continet, 93 tantum apud cel. Piazzii occurrunt. Usus sum ad hanc collationem praecessione, qualem cel. Bessel in disquisitione

(Untersuchung der Grösse und des Einflusses des Vorrückens der Nachtgleichen. Berlin 1815) docuit. In stellis quidem a 45° ad 70° decl. adhibui ad effectum pro annis 1800 ad 1815 cognoscendum formulam:

$$46'',01367 + 20'',0448 \sin AR \tan D (1807,5);$$

pro stellis a 70° ad 85° decl. formulam:

$$46'',01367 + 20'',0448 \left(\frac{\sin A \tan D + \sin A' \tan D'}{2} \right),$$

ubi A et D sunt ascensio recta et declinatio pro anno 1800, A' et D' vero pro anno 1815. Pro stellis a 85° ad 90° praecessionem positionibus cel. Piazzii convenientem pro annis 1800 ad 1815 adhibitis differentiis altioribus ad quartas usque deduxi, secundum praecepta cel. Besseli. p. 31. Sequens jam tabula continet has stellarum AR inter se collatas, et quidem columna, quae titulum AR med. 1815 sec. Piazzii habet, deducta est ex positione pro anno 1800, sola adhibita praecessione, nullo respectu motus proprii, qualem offert catalogus cel. Piazzii. Unde columna, quae differentiam in tempore inter utrasque AR continet, motus proprios ab anno 1800 ad 1815 in tempore, et annuos in arcu circuli paralleli praebet, sed adfectos erroribus positionum utriusque catalogi.

N o m e n.	Decl. 1800	AR med. 1800 sec. Piazz.	Praeces- sio ab 1800 ad 1815	AR med. 1815		Diffe- rentia in temp.	Motus proprius sec. Piazz.
				sec. Piazz.	meas observ.		
α Cassiopeiae	55° 26'	0h. 29' 14,38	+ 49,77	0h. 30' 4,15	0h. 30' 4,31	+ 0,16	— 0,05
Urs. min. 1	87 56	35 56,64	+2' 17,70	38 14,34	38 21,04	+ 6,70	
ω Cephei	85 10	43 45,60	+1 32,30	45 17,90	45 20,85	+ 2,95	
Polaris	88 14	52 25,30	+3 22,24	55 47,54	55 48,41	+ 0,87	
θ Cassiopeiae	54 5	59 1,00	+ 53,12	59 54,12	59 54,34	+ 0,22	+ 0,2
ψ Cassiopeiae	67 4	1h. 11 59,40	+1 0,77	1h. 13 0,17	1h. 13 0,52	+ 0,35	
δ Cassiopeiae	59 11	12 50,92	+ 56,60	13 47,52	13 48,30	+ 0,78	+ 0,64
Rangiferi 21	80 44	2h. 10 4,00	+1 52,77	2h. 11 56,77	2h. 11 55,49	— 1,28	
ι Persei	48 50	54 42,44	+1 1,90	55 44,34	55 46,52	+ 2,18	
α Persei	49 8	3h. 10 6,83	+1 3,16	3h. 11 9,99	3h. 11 10,12	+ 0,13	— 0,21
δ Persei	47 8	28 44,84	+1 3,12	29 47,96	29 48,04	+ 0,08	+ 0,04
Rangiferi 36	80 6	37 20,10	+2 20,04	39 40,14	39 41,40	+ 1,26	
Camelop.	63 15	4h. 31 31,55	+1 22,93	4h. 32 54,48	4h. 32 55,01	+ 0,53	
Camelop. 45	63 8	33 27,15	+1 22,87	34 50,02	34 50,17	+ 0,15	
9 Camelop.	65 58	34 16,17	+1 27,96	35 44,13	35 44,15	+ 0,02	
7 Camelop.	53 24	41 17,94	+1 11,48	42 29,42	42 29,28	— 0,14	+ 0,14
10 Camelop.	60 7	45 41,36	+1 19,15	47 0,51	47 0,25	— 0,26	
Camelop. 62	78 57	49 54,57	+2 24,29	52 18,86	52 18,67	— 0,19	
14 Camelop.	62 25	54 58,55	+1 22,91	56 21,46	56 20,92	— 0,54	
Camelop. 115	69 21	5h. 56 47,30	+1 39,24	5h. 58 26,54	5h. 58 26,83	+ 0,29	
Camelop. 120	87 16	6h. 2 42,95	+7 46,96	6h. 10 29,91	6h. 10 30,55	+ 0,64	
Camelop. 126	77 11	30 41,75	+2 13,33	32 55,08	32 55,31	+ 0,23	
Camelop. 131	81 34	46 49,60	+2 58,24	49 47,84	49 46,67	— 1,17	
Camelop. 132	82 44	48 9,86	+3 19,62	51 29,48	51 29,63	+ 0,15	
Camelop. 136	81 15	57 35,90	+2 51,95	7h. 0 27,85	7h. 0 27,10	— 0,75	
Camelop. 150	80 43	7h. 22 31,27	+2 40,52	25 11,79	25 9,36	— 2,43	
Camelop. 152	80 20	26 21,60	+2 35,16	28 56,76	28 57,43	+ 0,67	
Camelop. 186	82 11	9h. 7 22,20	+2 25,01	9h. 9 47,21	9h. 9 44,21	— 3,00	
Camelop. 189	85 15	58 7,00	+2 46,25	10h. 0 53,25	10h. 0 51,34	— 1,91	
Camelop.	85 24	10h. 3 42,00	+2 45,00	6 27,00	6 25,34	— 1,66	
Camelop. 190	83 33	5 16,00	+2 10,08	7 26,08	7 24,70	— 1,38	
Camelop. 192	76 44	17 38,40	+1 22,40	19 0,80	19 1,56	+ 0,76	
β Ursae maj.	57 27	49 40,60	+ 55,42	50 36,02	50 36,00	— 0,02	+ 0,12
α Ursae maj.	62 49	51 15,48	+ 57,45	52 12,93	52 12,77	— 0,16	— 0,24
λ Draconis	70 26	11h. 19 21,80	+ 55,83	11h. 20 17,63	11h. 20 16,88	— 0,75	— 0,15
γ Ursae min.	54 48	43 14,48	+ 48,02	44 2,50	44 2,78	+ 0,28	+ 0,06
ε Ursae maj.	57 2	12h. 45 10,88	+ 39,92	12h. 45 50,80	12h. 45 51,28	+ 0,48	+ 0,24
Camelop. 212 pr.	84 30	47 44,80	+ 3,15	47 47,95	47 47,72	— 0,23	
seq.	84 30	47 52,00	+ 3,12	47 55,12	47 56,46	+ 1,34	
ζ Urs. maj. pr.	55 58	13h. 15 49,80	+ 36,35	13h. 16 26,15	13h. 16 57,12	+ 0,97	— 0,08
seq.	55 58	15 50,86	+ 36,35	16 27,21	16 28,08	+ 0,87	
Ursae maj.	55 56	16 51,58	+ 36,23	17 27,81	17 27,83	+ 0,02	
Alcor	56 2	17 11,10	+ 36,16	17 47,26	17 47,45	+ 0,19	+ 0,13
η Ursae maj.	50 19	39 38,25	+ 35,82	40 14,07	40 14,15	+ 0,08	— 0,50
Camelop. 219	83 45	48 50,38	— 37,02	48 13,36	48 12,36	— 1,00	
α Draconis	65 20	58 58,44	+ 24,43	59 22,87	59 22,84	— 0,03	— 0,15
4 B Ursae min.	78 29	14h. 9 50,28	— 6,63	14h. 9 43,65	14h. 9 44,95	+ 1,30	— 0,96
3 A Ursae min.	76 35	28 8,30	— 4,46	28 3,84	28 3,19	— 0,65	
β Ursae min.	74 58	51 26,67	— 4,66	51 22,01	51 21,84	— 0,17	— 0,30

N o m e n.	Decl. 1800	AR med. 1800 sec. Piazz.	Praeces- sio ab 1800 ad 1815	AR med. 1815		Diffe- rentia in temp.	Motus proprius sec. Piazz.
				sec. Piazz.	meas observ.		
ϵ Ursae min. . .	72° 33'	15 h. 17' 21,00	— 2,28	15 h. 17' 18,72	15 h. 17' 19,34	+ 0,62	
γ Ursae min. . .	72 32	21 8,72	— 2,95	21 5,77	21 6,37	+ 0,60	
θ Ursae min. . .	78 0	37 39,82	— 30,53	37 9,29	37 8,10	— 1,19	
ζ Ursae min. . .	78 24	51 30,47	— 36,49	50 53,98	50 54,21	+ 0,23	
\times Ursae min. . .	76 22	16 h. 16 42,94	— 28,29	16 h. 16 14,65	16 h. 16 14,58	— 0,07	
20 Ursae min. . .	75 42	17 43,60	— 24,80	17 18,80	17 19,14	+ 0,34	
η Draconis . . .	61 58	21 17,80	+ 11,82	21 29,62	21 30,12	+ 0,50	
η Ursae min. . .	76 12	23 30,90	— 28,40	23 2,50	23 2,48	— 0,02	
52 Herculis . . .	46 20	43 23,20	+ 26,18	43 49,38	43 49,47	+ 0,09	— 0,07
ϵ Ursae min. . .	82 20	17 h. 6 55,67	— 1' 38,80	17 h. 5 16,87	17 h. 5 18,61	+ 1,74	— 0,82
ζ Draconis . . .	65 57	8 13,87	+ 2,23	8 16,10	8 16,15	+ 0,05	— 0,32
β Draconis . . .	52 27	25 55,04	+ 20,23	26 15,27	26 15,30	+ 0,03	— 0,27
1 ν Draconis . . .	55 19	28 14,60	+ 17,32	28 31,92	28 32,08	+ 0,16	
2 ν Draconis . . .	55 18	28 19,76	+ 17,35	28 37,11	28 37,44	+ 0,33	
27 F Draconis . . .	68 15	32 47,12	— 3,89	32 43,23	32 43,08	— 0,15	— 0,51
ι Herculis . . .	46 7	33 48,80	+ 25,31	34 14,11	34 14,54	+ 0,43	
ω Draconis . . .	68 51	38 8,00	— 5,55	38 2,45	38 2,40	— 0,05	— 0,19
ψ Draconis pr. . .	72 14	45 31,40	— 16,44	45 14,96	45 14,79	— 0,17	+ 0,25
seq. . .	72 15	45 33,00	— 16,48	45 16,52	45 16,43	— 0,09	+ 0,25
ξ Draconis . . .	56 54	50 4,07	+ 15,29	50 19,36	50 19,78	+ 0,42	
γ Draconis . . .	51 31	51 57,76	+ 20,81	52 18,57	52 18,72	+ 0,15	— 0,31
40 Draconis . . .	79 57	18 h. 14 56,90	— 1 7,01	18 h. 13 49,89	18 h. 13 50,50	+ 0,61	+ 0,14
41 Draconis . . .	79 57	15 3,67	— 1 7,01	13 56,66	13 56,88	+ 0,22	— 0,14
δ Ursae min. . .	86 33	36 35,07	— 4 44,54	31 50,53	31 53,39	+ 2,86	
24 Ursae min. . .	86 55	44 18,00	— 5 22,57	38 55,43	38 56,88	+ 1,43	
50 Draconis . . .	75 11	52 43,47	— 27,88	52 15,59	52 16,25	+ 0,66	
Cephei . . .	77 13	20 h. 14 35,50	— 27,75	20 h. 14 7,75	20 h. 14 10,27	+ 2,52	
\times Cephei . . .	77 6	15 18,60	— 26,88	14 51,72	14 54,29	+ 2,57	— 0,80
Draconis . . .	80 44	38 48,90	— 49,02	37 59,88	38 1,20	+ 1,32	
75 Draconis . . .	80 43	40 7,40	— 48,40	39 19,00	39 20,40	+ 1,40	
74 Draconis . . .	80 22	40 26,00	— 44,84	39 41,16	39 40,35	— 0,81	
λ Ursae min. . .	88 41	51 22,80	— 10 22,83	40 59,97	41 6,87	+ 6,90	
76 Draconis . . .	81 46	56 10,87	— 54,25	55 16,62	55 17,62	+ 1,00	
77 Draconis . . .	77 18	21 h. 9 11,40	— 14,55	21 h. 8 56,85	21 h. 8 58,76	+ 1,91	
α Cephei . . .	61 44	13 47,30	+ 21,37	14 8,67	14 9,05	+ 0,38	+ 0,27
β Cephei . . .	69 41	26 0,95	+ 12,27	26 13,22	26 13,46	+ 0,24	— 0,17
28 Cephei . . .	77 46	22 h. 25 1,67	+ 8,70	22 h. 25 10,37	22 h. 25 11,66	+ 1,29	— 0,55
Cephei 221 . . .	85 5	27 11,00	— 47,10	26 23,90	26 25,52	+ 1,62	
ρ Cephei . . .	77 47	27 56,70	+ 9,68	28 6,38	28 7,69	+ 1,31	— 0,53
Cephei 246 . . .	82 5	47 51,00	+ 1,11	47 52,11	47 52,91	+ 0,80	
Cephei 253 . . .	83 16	55 26,20	— 1,54	55 24,66	55 26,97	+ 2,31	
Cephei . . .	86 12	23 h. 27 33,30	+ 3,00	23 h. 27 36,30	23 h. 27 40,69	+ 4,39	
γ Cephei . . .	76 31	31 14,55	+ 35,62	31 50,17	31 50,32	+ 0,15	— 0,24
β Cassiopeiae . . .	58 2	58 34,92	+ 45,87	59 20,79	59 21,98	+ 1,19	+ 0,82

Adjeci tabulae in postrema columna motus proprios, quales cel. Piazzi constituit ex comparatione observationum praesertim Bradleji. Et dignum utique attentione est, quod apparet, scilicet in 20 stellis ex 36 motum proprium secundum Piazzi sensus oppositi esse ei, qui ex meis observationibus cum cel. Piazzi AR collatis sequitur. Quae inter utrosque motus differentiae cum plurimae tantae sint, ut observationum mearum imperfectioni adscribere non possim, tres viae sunt, quibus explicentur. Seu reductiones observationum Bradleji a cel. Piazzi non omni, qua opus est, cura esse institutas; seu in AR cel. Piazzi errores inesse non leves; seu denique motus proprios esse variabiles. Postremum minime verisimile, et in stellis, quarum maximus est motus, 61 Cygni et μ Cassiopeiae, locum non habet.

Inspiciamus jam nonnullas stellas singulas, quarum motus inventi.

δ Cassiopeiae. Motus $+ 0'',78$, cum motu sec. Piazzi $+ 0'',64$ satis bene convenit, ut nullum sit de ipso dubium.

ϵ Persei 115. Motus $+ 2'',18$. Contuli historiam coel. Fr., ubi stella p. 380 tribus filis observata, unde AR apparens die 8 Jan. 1791 = 2 h. 54' 7'',10; et AR med. init. 1791 = 2 h. 54' 4'',90. Praecessio ad 1815 = $+ 1' 38'',93$.

Jam AR med. 1815 ex 1791 = 2 h. 55' 43'',83,

quae observata = — — 46.52.

Motus proprius in 24 annis $+ 2,69$ in tempore
annus $+ 1,68$.

De motu satis constat; sed minus certo de ejus quantitate, cum positio ex H. C. non eam, qua opus est, habeat certitudinem, atque cel. Piazzi positio non pendeat ex observationibus anno 1800 factis, sed ad annum 1800 reductis, nullo habito respectu motus proprii.

ζ Ursae majoris. Motus proprius $+ 0'',97$, qui apud cel. Piazzi $- 0'',08$. Differentia sane magna. — Stella duplex. Utrique motus idem. Etiam anno 1779 eadem inter stellas erat relatio ex positione comitis apud cel. Herschel. Atque differentia in AR inter ζ Urs. maj. et stellam exiguam sequentem, et G Urs. maj., Alcorem, motum proprium probat. Est enim differentia

	inter ζ et exiguam;	ζ et Alcorem
ex cat. Piazzii ad 1815 reducta	+ 1' 1,67	+ 1' 21,12;
a me observata	+ 1 0,71	+ 1 20,33;
hinc motus proprius relativus	+ 0,96	+ 0,79

Ejusdem systematis esse ζ et comitem, concludimus.

η Ursae majoris. Motus secundum cel. Piazzii — 0'',50 prorsus rejiciendus; mihi + 0',08.

4 B Ursae minoris. Loco — 0'',96 mihi, + 1'',30 motus proprius.

ϵ Ursae minoris. Loco — 0'',82, mihi est motus proprius + 1'',74.

α Cephei. Stella duplex. Apud Piazzii — 0'',80, mihi + 2'',57; et stellae 7' ad Boream praecedentis + 2'',52 motus proprius. Si harum stellarum in catalogo Siculo positiones justae, sunt tres stellae, α Cephei, comes exilis, 6'' distans, et anonyma, 8' distans, ejusdem motus proprii participes. Nam eandem vidimus apud cel. Herschel ante hos 35 annos inter α Cephei et comitem distantiam, quae nunc est. Quod ad tertiam stellam, etiam observationes ex H. C. Fr. p. 351 et 361 probant relationem in AR inter ipsam et α Cephei non alias variationes expertam esse, quam quae praecessionis effectui respondeant. Est enim differentia in AR inter α Cephei et comitem:

ex H. C. pro anno 1790,5	= — 42,72;	red. ad 1815	= — 44,16,
ex cat. Piazzii — — 1800	= — 43,10;	— — —	= — 43,98,
mihi — — 1815			= — 44,02.

α Cephei et comitem ejusdem systematis esse, verisimile. Utrum vero etiam tertia stella ejusdem sit systematis, difficile est iudicium ferre, an altera causa eadem in his tribus stellis eundem provehat effectum. — Sed haec omnia pendent ex AR in catalogo cel. Piazzii, quam in dubium vocare licet. Expectandum est, quid de his stellis observationes Bradleianae a cel. Bessel reductae sint docturae.

28 et 29 ρ Cephei. Mihi utrique stellarum, quae 9' distant inter se, idem motus proprius + 1'',31 et + 1'',29; cel. Piazzii idem negativus — 0'',55 et — 0',53.

β Cassiopeiae. Motus proprius positivus + 0'',82 apud Piazzii; mihi idem positivus, sed major, + 1'',19.

Stellas catalogi mei II, cum novo catalogo cel. Piazzii conferre non possem, antiquiori contuli, adhibita ascensionibus rectis ex ipso depromptis correctione illa $+ 4''.0 = + 0''.267$ in tempore. Differentias in postrema columna verticali apposui. Atque facile erit negotium has meas stellarum AR cum novo catalogo comparare unicuique, cui in manibus est. Plures apparent stellae, quarum satis magnus motus proprius, inter quas egregia η Cassiopeiae, quae duplex est, cum utriusque stellae idem motus proprius sit $+ 1''.85$, non vero sine aliqua variatione in positione stellae et comitis relativa.

Stella nonnullae ex Uranographia cel. Bode
in coelo non repertae.

1. Ursae minoris 3.	Vide anni 1815 adnot. 1037.
2. μ Ursae minoris 15.	(— — 1814 — 488, 644, 790.
	(— — 1815 — 423, 793.
3. Ursae minoris 80.	— — 1815 — 551, 653.
4. Camelopardali 49.	— — 1815 — 371.
5. Camelopardali 218.	— — 1815 — 3.
6. Camelopardali 222.	— — 1815 — 7.
7. Cephei 19.	— — 1815 — 565, 882, 1092.
8. Cephei 309.	— — 1815 — 1025.
9. Cephei 319.	— — 1815 — 588, 1036, 1141, 1358.
10. Rangiferi 47.	— — 1815 — 314, 526, 636, 760.
11. Lacertae 59.	— — 1814 — 875.

A d d i t a m e n t u m.

Cum totum opus typis expressum jam esset, accepi literas a cel. Bessel, quae stellarum intra 15° a polo distantium, quot in Bradleji observationibus occurrunt, et nonnullarum praecipuarum a 45° ad 75° declinationis positiones, ad annum 1755 reductas, continebant, una cum differentiis a catalogo Siculo novissimo, seu motibus per 45 annos propriis. Docet collatio harum stellarum positionum secundum Bradleji, Piazzii et meas observationes non leves inesse errores in AR fere omnium stellarum, quae polo intra 15° proximae sunt, quales catalogus Siculus offert; minores vero, quamvis interdum non exiguas, pro aliis stellis borealibus longius a polo distantibus. Schema sequens hanc collationem atque correctiones catalogi cel. Piazzii, si positio ex extremis AR annorum 1755 et 1815 pro anno 1800 interpolata justa supponitur, continet, tum pro stellis a 75° ad 90° , tum minoris declinationis.

Numerus stellae apud Piazzi.	N o m e n.	Declinat. 1800.	Differentia inter catalogos.			Correctio catalogi cel. Piazzi.
			Bradleji et Piazzi.	Piazzi et meum.	Bradleji et meum, seu mo- tus proprius in 60 annis.	
0 h. 177	Urs. min. 1 . . .	87° 56'	— 49,8	+ 100,5	+ 50,7	+ 87,8
220	ω Cephei . . .	85 10	+ 1,7	+ 44,2	+ 45,9	+ 32,7
9 h. 252	Camel. 189 . . .	85 15	— 28,7	— 28,6	— 57,3	— 14,3
10 h. 78	Camel, 192 . . .	76 44	— 18,5	+ 11,4	— 7,1	+ 13,2
12 h. 230	Cam. 212 pr. . .	84 30	— 10,3	— 3,4	— 13,7	0
232	seq. . .	84 30	— 33,7	+ 20,1	— 13,6	+ 23,5
14 h. 49	B Urs. min. . .	78 29	— 37,9	+ 19,5	— 18,4	+ 24,1
136	A Urs. min. . .	76 35	+ 6,6	— 9,7	— 3,1	— 8,9
240	β Urs. min. . .	74 58	— 6,9	— 2,5	— 9,4	— 0,2
17 h. 36	ε Urs. min. . .	82 20	— 25,7	+ 26,1	+ 0,4	+ 26,0
18 h. 62	40 Dracon. . .	79 57	+ 1,2	+ 9,1	+ 10,3	+ 6,5
63	41 Dracon. . .	79 57	+ 1,9	+ 3,3	+ 5,2	+ 2,0
227	24 Urs. min. . .	86 55	— 19,0	+ 21,7	+ 2,7	+ 21,0
279	50 Dracon. . .	75 11	— 36,2	+ 9,9	— 26,3	+ 16,5
20 h. 126	κ Cephei . . .	77 6	— 44,7	+ 38,5	— 6,2	+ 40,0
331	75 Dracon. . .	80 43	— 24,3	+ 21,0	— 3,3	+ 21,8
333	74 Dracon. . .	80 22	+ 13,5	— 12,1	+ 1,4	— 12,4
424	λ Urs. min. . .	88 41	— 229,1	+ 103,5	— 125,6	+ 134,9
463	76 Dracon. . .	81 46	— 22,0	+ 15,0	— 7,0	+ 16,7
21 h. 72	77 Dracon. . .	77 18	— 23,5	+ 28,6	+ 5,1	+ 27,3
22 h. 150	28 Cephei . . .	77 46	— 32,8	+ 19,3	— 13,5	+ 22,7
165	Cephei 221 . . .	85 5	+ 0,6	+ 24,3	+ 24,9	+ 18,1
167	Cephei . . .	85 12	— 17,5	— 5,7	— 23,2	+ 0,1
168	ρ Cephei . . .	77 47	— 28,0	+ 19,6	— 8,4	+ 21,7
295	Cephei 253 . . .	83 16	+ 3,2	+ 34,6	+ 37,8	+ 25,2
23 h. 135	Cephei . . .	86 12	— 27,6	+ 65,8	+ 38,2	+ 56,3
155	γ Cephei . . .	76 31	— 25,5	+ 2,2	— 23,3	+ 8,0
0 h. 139	α Cassiopeiae . . .	55 26	+ 1,9	+ 2,4	+ 4,3	+ 1,3
307	θ Cassiopeiae . . .	54 5	+ 16,3	+ 3,3	+ 19,6	— 1,6
1 h. 53	ψ Cassiopeiae . . .	67 4	+ 0,9	+ 5,2	+ 6,1	+ 3,7
62	δ Cassiopeiae . . .	59 11	+ 25,9	+ 11,7	+ 37,6	+ 2,3
3 h. 41	α Persei . . .	49 8	+ 1,7	+ 1,9	+ 3,6	+ 1,0
106	δ Persei . . .	47 8	+ 3,6	+ 1,2	+ 4,8	0
4 h. 217	7 Camelop. . .	53 24	+ 1,8	— 2,1	— 0,3	— 2,0
244	10 Camelop. . .	60 7	+ 3,7	— 3,9	— 0,2	— 3,9
292	14 Camelop. . .	62 25	+ 5,5	— 8,1	— 2,6	— 7,5
10 h. 207	β Urs. maj. . .	57 27	+ 11,2	— 0,3	+ 10,9	— 3,0

Numerus stellae apud Piazzi.	N o m e n.	Declinat. 1800.	Differentia inter catalogos.			Correctio catalogi cel. Piazzi.
			Bradleji et Piazzi.	Piazzi et meum.	Bradleji et meum, seu mo- tus proprius in 60 annis.	
10 h. 217	α Urs. maj. . . .	62° 49'	— 9,7	— 2,4	— 12,1	+ 0,6
11 h. 86	λ Dracon. . . .	70 26	0,0	— 11,2	— 11,2	— 8,4
12 h. 220	ε Urs. maj. . . .	57 2	+ 6,1	+ 7,2	+ 13,3	+ 3,9
13 h. 78	ζ Urs. maj. pr. . .	55 58	+ 1,0	+ 14,5	+ 15,5	+ 10,6
79	seq. . . .	55 58	+ 1,9	+ 13,0	+ 14,9	+ 9,3
85	Γ Urs. maj. . . .	56 2	+ 11,9	+ 2,8	+ 14,7	— 0,9
209	μ Urs. maj. . . .	50 19	— 11,3	+ 1,2	— 10,1	+ 3,7
312	α Dracon. . . .	65 20	— 13,5	— 0,5	— 14,0	+ 3,0
16 h. 224	52 Herculis	46 20	— 7,9	+ 1,3	— 6,6	+ 2,9
17 h. 42	ζ Dracon. . . .	65 57	— 4,8	+ 0,8	— 4,0	+ 1,8
155	β Dracon. . . .	52 27	— 4,3	+ 0,4	— 3,9	+ 1,4
168	1 ν Dracon. . . .	55 19	+ 13,1	+ 2,4	+ 15,5	— 1,5
169	2 ν Dracon. . . .	55 18	+ 8,5	+ 5,0	+ 13,5	+ 1,6
198	F Dracon. . . .	68 15	— 7,5	— 2,2	— 9,7	+ 0,2
241	ω Dracon. . . .	68 51	— 2,2	— 0,7	— 2,9	0
286	ψ Dracon. pr. . . .	72 14	— 7,5	— 2,5	— 10,0	0
287	seq. . . .	72 15	— 8,3	— 1,3	— 9,6	+ 1,1
316	ξ Dracon. . . .	56 54	+ 2,6	+ 6,3	+ 9,9	+ 3,8
335	γ Dracon. . . .	51 31	— 3,3	+ 2,2	— 1,1	+ 2,5
21 h. 105	α Cephei	61 44	+ 9,2	+ 5,7	+ 14,9	+ 2,0
198	β Cephei	69 41	— 7,9	+ 3,6	— 4,3	+ 4,7
23 h. 283	β Cassiopeiae . . .	58 2	+ 38,4	+ 17,9	+ 56,3	+ 3,8

Cum jam ζ Ursae majoris, duplicis, atque α Cephei, duplicis, nec non stellae in vicino α Cephei motus proprii proxime nulli sint, apparet, ea, quae supra dixi de his stellis duplicibus, cum ex erronea cel. Piazzi AR pendeant, locum non habere.

Adiici possunt nonnullarum stellarum polo proximarum AR anni 1755 et 1815 comparatae, quae in cel. Piazzi catalogo non occurrunt. Manifestus in pluribus motus proprius:

Nomen.	Decl. 1815.	AR med. 1815 sec. meas observ.	Praeces- sio ab 1815 ad 1755.	AR med. 1755 sec.		Motus proprius in 60 annis	
				meas obs.	Bradleji obs.	in temp.	in arcu.
Rangiferi 23	80° 39'	2 h. 21' 55",85	— 7' 35",87	2 h. 14' 19",98	2 h. 14' 17",75	+ 2",23	+ 33",4
Rangiferi 26	80 44	43 51,42	— 8 15,17	35 36,25	35 38,11	— 1,86	— 27,9
Rangiferi 29	84 14	50 32,82	— 11 34,89	38 57,93	38 55,59	+ 2,34	+ 35,1
Camelop. 193	81 23	10 h. 24 33,76	— 6 50,76	10 h. 17 43,00	10 h. 17 39,41	+ 3,59	+ 53,8
Urs. min. 5	87 27	12 h. 11 19,86	— 1 34,97	12 h. 9 44,89	12 h. 9 18,78	+ 26,11	+ 391,6
Urs. min. 6	88 43	14 43,2	+ 1 33,8	16 17,0	16 31,7	— 14,7	+ 220,5
Cephei 119	83 27	21 h. 27 50,00	+ 3 54,37	21 h. 31 44,37	21 h. 31 45,27	— 0,90	— 13,5
Anonyma	85 40	23 h. 51 9,71	— 2 19,71	23 h. 48 50,00	23 h. 48 50,26	— 0,26	— 3,9

Omisi in catalogo, qui paginis 65 et 66 est, duarum stellarum comparationem, quam hic apponam:

Nomen.	Decl. 1800	AR med. 1800 sec. Piazzii.	Praeces- sio ab 1800 ad 1815	AR med. 1815		Diffe- rentia in temp.	Motus proprius sec. Piazzii.
				sec. Piazzii.	meas observ.		
Cephei 322	86° 4'	0 h. 45' 55",30	+ 1' 45",64	0 h. 47' 40",94	0 h. 47' 44",10	+ 3",16	
Cephei	85 12	22 h. 27 50,0	— 48,68	22 h. 27 1,32	22 h. 27 0,88	— 0,44	